



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**LEGVM PON||TIFICIARVM GRE-||gorij noni, seu  
Decretalium pentateu-||chus**

**Mesnart, Martin**

**Parisiis, 1555**

xxxv. De transactionibus.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63486](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-63486)

Ideoq; si super ecclesiastico beneficio lis erit: nec, vt pro expensis pecunia detur alteri vt liti cedat, conuenito. 4. Cū pri-  
dem.

In conuentionibus super hoc ineundis, & aliis in quib<sup>9</sup> summi pōt. cōsensus expectabitur, eas rati habitio pro partium securitate solidato. 2. Quo-  
tiens.

Planè nullis clericis cum domos locabunt, aut feuda concedent, vt ipsis decumæ soluantur, & apud eos sepultura elegatur, neque quid aliud in præiudicium ecclesiarum parrochialium cū conductoribus & feudatariis conuenire liceto. 7. Pleri-  
que.  
si quid occasione pacti huiusmodi percipietur: ecclesiæ parrochiali redditor, restitutor.

*De transactionibus. Tit. 35.*

**T**Ransactionum quoque pacta, quæ pro litibus sedandis fient, perpetua sunt.

Cum transactione decisa cōtrouersia erit, partium iura, priuilegia, & instrumenta viribus vacua sunt, sola postremorum pactorum pagina valida & perpetua esto. si quid imperitia, aut incuria minùs firmum esse metuetur: vires plenissimè notionis autoritate Ro. pont. suscipito. 1. Sicut  
grauis.

Inter ecclesiarum verò personas facta super decumis transactio, ni superioris autoritate cōfirmata fiet, successoribus earum ne obstato. 8. Veniens

Sic si quis literis ad extraordinarium iudicem impetratis cum aduersario suo componet, postmodum in ecclesia de qua agetur ius aliquod habiturus: episcopus quidem loci compositio- 5. De ca-  
tero.

## De transactionibus

nē, nisi iuri contraria erit, ne reprobato. Qui tamen census sub hoc pretextu ecclesiæ, cui præfit, sine episcopali authoritate solutus erit, vitæ eius qui soluerit ne excedito.

2. *Statutus.* Sed inter quos & personam ecclesiasticam de episcopi vel archiepiscopi sui ad sensu super decimis compositio facta erit, rata persistito.

3. *Contingit.* Item quam transactionem abbas, vel conuen- tualis ecclesię prior super lite faxint, si à capitulo suo de rati habitione literas habesint, capitulum eam, si fuerit aliquot annis seruata, quasi non consenserit, reuocare nequito.

11. *Ex parte.* Iudici quoque ad componendum partes suas interponere, & interdum seueritati detrahere pro loci statu & excedentium multitudine, æquitate seruata, semper in humaniorem partem inclinando, prout personas, loca, & tempora postulare viderit, liceto. In matrimonio verò & aliis super quibus ius inuenietur expressum, à seueritate canonica ne recedito.

7. *Super eo.* Planè super rebus sacris litigiosis nemo transfigito. vt hæ aliquo dato, retento, promisso possideantur, simoniæ speciem habeto. quominus tamen gratis & amicabiliter inter se litigantes componant, ne obstato.

4. *Constitutus.* Cæterùm litē super beneficio cœptā & transactione sopitam, ac vltro citroq; fide præstita firmatam ea in irritum reuocata resumere liceto.

6. *Ex lite ris.* Quòd si coram iudice fortè fiet transactio; tertius, qui author eius eidem interfuerit, eius mentione non habita super beneficio ipso literas à Ro. pont. impetrare nequito.

Si de præsentatione ecclesiæ quæstio erit: vt <sup>9. Præ-</sup>  
 præsentationem vnus habeat, & alter nouam <sup>terea.</sup>  
 vel solita maiorem percipiat portionem, transi-  
 gi nequito. si fiet: ne valeto.

Sed & spiritualem subiectionem matrici eccle <sup>10. Præ-</sup>  
 siæ debitam annuo censu per transactionē redi- <sup>terea ij.</sup>  
 mere subiectę ecclesiæ ne liceto. si ita transactū  
 erit: simoniacam prauitatem continere putator.

*De postulando. Tit. 36.*

**H**Actenus iudicum officia, & pastorum con-  
 uentiones, deinceps eorum qui coram iudi-  
 cibus stant, suum, vel amicorum desiderium ex-  
 ponentes, vel alterius contradicentes, officia ex-  
 plicantor. Inter hæc eorum qui postulabunt pri-  
 mæ partes sunt.

Hoc neque hypodiaconi & supra, nec in mi- <sup>1. Clerici.</sup>  
 noribus ordinibus constituti, si stipendiis eccle-  
 siasticis sustentabuntur, coram seculari iudice  
 in negociis secularibus exercento.

Si tamen pro seipso, vel ecclesia sua, vel, cum <sup>3. Cum sa-</sup>  
 necessitas erit, pro coniunctis, vel miserabilibus <sup>cerdotis.</sup>  
 personis id facient: sic prodesse liceto. Clericus  
 autem qui contra ecclesiam, à qua beneficium  
 obtinet, pro extraneis vel aduocatus vel procu-  
 rator erit, ingratus beneficio ipso spoliator.

Neque monachi, neque canonici regulareis <sup>2. Ex par-</sup>  
 forensis, vel ecclesiastici negocij susceptores, vel <sup>te.</sup>  
 exequutores, nisi id monasterii vtilitas exposcet,  
 abbate nihilominus imperante, sunt.